

### Daedalus und Icarus (Ov. Met. 8, 183-235)

Der römische Dichter Ovid beschreibt im achten Buch seines Werkes „Metamorphosen“ die Geschichte von Daedalus und seinem Sohn Icarus. Daedalus war ein sehr gelehrter und ehrgeiziger Mann und brachte einen seiner Schüler um, als dieser die Säge erfand. Aus diesem Grund floh der Handwerker mit seinem Sohn auf die Insel Kreta, wo er auch das sagenhafte Labyrinth des König Minos baute. In diesem sperrte der König den Minotaurus ein, ein Mischwesen aus Stier und Mensch, welches die Gattin des Minos mit Hilfe einer von Daedalus erbauten Stierkonstruktion mit einem Stier zeugte. Als der König von der Mithilfe des Handwerkes bei der Zeugung des Mischwesens und der Untreue seiner Gattin erfuhr, verbot er Daedalus die Insel Kreta zu verlassen.



*Poeta latino Ovídio.*

#### **Aufgabenstellung**

1. Übersetze den untenstehenden Auszug aus den Metamorphosen.
2. Höre den Song „Icarus“ der britischen Band „Bastille“ an und lese dazu gegeben falls die Übersetzung des Songs. Welche Motive hat die Band für ihren Song aus der Metamorphose übernehmen?
3. Sicher ist dir aufgefallen, dass die Künstler den antiken Inhalt mit einem modernen Kontext verknüpfen. Dies bezeichnet man als Rezeption der Antike. Bereits im Mittelalter war es Tradition die Antike zu rezipieren. Überlege, warum die Songwriter genau diese beiden Themen miteinander verknüpft haben. Welche Paralleln und welche Gemeinsamkeiten lassen sich in der Story des Songs und im abgedruckten Kapitel der Metamorphosen finden?

### OID – METAMORPHOSEN (8, 183-235)

1. Daedalus interea Creten longumque perosus
2. exilium tactusque loci natalis amore
3. clausus erat pelago. terras licet inquit et undas
4. obstruat: at caelum certe patet; ibimus illac:
5. omnia possideat, non possidet aera Minos.
6. dixit et ignotas animum dimittit in artes
7. naturamque novat. nam ponit in ordine pennas
8. a minima coeptas, longam brevior sequenti,
9. ut clivo crevisse putes: sic rustica quondam
10. fistula disparibus paulatim surgit arenis;
11. tum lino medias et ceris adligat imas
12. atque ita conpositas parvo curvamine flectit,
13. ut veras imitetur aves. puer Icarus una
14. stabat et, ignarus sua se tractare pericla,
15. ore renidenti modo, quas vaga moverat aura,
16. captabat plumas, flavam modo pollice ceram
17. mollibat lusuque suo mirabile patris
18. inpediebat opus. postquam manus ultima coepto
19. inposita est, geminas **opifex** libavit in alas
20. ipse suum corpus motaque pependit in aura.
21. instruit et natum medioque ut limite curras,
22. Icare, ait moneo, ne, si demissior ibis,
23. unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat:
24. inter utrumque vola. nec te spectare Booten
25. aut Helicen iubeo strictumque Orionis ensem:
26. me duce carpe viam! pariter praecepta volandi
27. tradit et ignotas umeris accommodat alas.
28. inter opus monitusque genae maduere seniles,
29. et patriae tremuere manus; dedit oscula nato
30. non iterum repetenda suo pennisque levatus
31. ante volat comitique timet, velut ales, ab alto
32. quae teneram prolem produxit in aera nido,
33. hortaturque sequi damnosasque erudit artes
34. et movet ipse suas et nati respicit alas.
35. hos aliquis tremula dum captat harundine pisces,
36. aut pastor baculo stivave innixus arator
37. vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,
38. credidit esse deos. et iam lunonia laeva
39. parte Samos (fuerant Delosque Parosque relictas)
40. dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne,
41. cum puer audaci coepit gaudere volatu

42. deseruitque ducem caelique cupidine tractus
43. altius egit iter. rapidi vicinia solis
44. mollit odoratas, pennarum vincula, ceras;
45. tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos,
46. remigioque carens non ullas percipit auras,
47. oraque caerulea patrium clamantia nomen
48. excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo.
  
49. at pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
50. Icare, dixit ubi es? qua te regione requiram?
51. Icare dicebat: pennas adspexit in undis
52. devovitque suas artes corpusque sepulcro
53. condidit, et tellus a nomine dicta sepulti.

## **ICARUS SONGTEXT ÜBERSETZUNG**

Aus Gründen des Urheberrechts den Text bitte über folgenden Link o.ä. beziehen:  
<https://www.songtexte.com/uebersetzung/bastille/icarus-deutsch-1bd6e970.html>